UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sigillum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

excomm. 8. §. 2. *num.* 17. Cajet. 2.2.*loc. cit.* Nav. *in Manual. c.* 17. *n.* 95. Diaz *in pract. cri. Can. c.* 81.

SIGILLUM.

PRimo, ſigilum confeſſionis Sacerdos Confeſſarius frangens, quas pœnas incurrat, vide *c. Sacerdos, de pœnit. diſt.* 6. *& c. omnis, de pœn. & remiſſ.* *Sylv. in ver. Confeſſio*, 3. *nu.* 4. §. 8. & quando intelligatur fractum ſigillum Confeſſionis, vide Navar. *cap.* 8. *per totum*, & Soto 4. *Sent. diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 5. *&* 6. *& in tractatu de rat. tegen. & deteg. ſecret. mem.* 3. *q.* 9. Aſtenſ. *lib.* 5. *tit.* 20. Diaz *pract. crim. Can. c.* 102.

Secundò, ſigilli alterius quanta ſit auctoritas, & credulitas, vide Inn. *in c.* 2. *de fide inſtrum.* & an probet procurationem, vide Abb. *in c.* 2. *n.* 3. *de ſolutio.*

SOCIETAS.

DE hac materia, cùm ſit copioſiſſima, ſufficit citare Doctores, in quibus poterit quiſque cùm caſus acciderit, videre.

Primò, quando ſocietas ſit uſuraria, vide Nav. *c.* 17. *n.* 251. *& infrà*, Sot. *lib.* 6. *q.* 6. *art.* 1. *&* 2. *de iuſt. & iure.* Maran. *in tit. an iudicium ſit univerſ. vel partic.*

Secundò, quæ conditiones requirantur in ſocietate, ad hoc ut ſit licita, vide Syl. *in ver. ſocietas*, 3. §. 9. *ver.* 5. Nav. *ibidem, n.* 161. D. Ant. 2. *par. tit.* 1. *c.* 17. §. 43.

Tertiò, quæ conditiones requirantur in ſocietate circa mercaturas, vide Syl. *in ver. ſocieas.* 1. §. 1. *ver. ſed ad iuſtitiam*, Aſtenſ. *lib.* 3. *tit.* 12. *art.* 5.

Quartò, quæ conditiones requirantur circa ſoccida, & animalia, ſive groſſa, ſive minuta, ſive appretiata, ſive non; vide Afflict. *deciſ.* 58. Abb. *in c. in civitate, de uſur.* Commu. *de contract. tract.* 5. *quæſt.* 89.

Quintò, quando teneatur ſocius, vel conductor de dolo, & lata culpa, vide Io. Lopez *in c. per veſtras. de donat. inter vir. & uxo. not.* 6. §. 2. *&* 12. *&* 89. Caſſan. de *conſuet. Burg. Rub.* 4. §. 23. Tab. *in ver. uſur.* 3.

Sextò, quoniam in his ſocietatibus intervenit aſſecuratio, vel ex parte dantis, vel recipientis, & ſic poſſet plus, minùſve accipi, ſi ſimpliciter fierent, vide Covar. *li.* 3. *c.* 7. *nu.* 7. *ver. quod idem diximus, variar. reſol*, Sel. *in ver. ſocietas*, 3. 7. *ver.* 7. Navar. *num.* 260. *&* 229. & Soto *lib.* 6. *quæſt.* 13. *art.* 1. *concluſ.* 3. nolui tranſcribere caſus particulares, cùm ſint propemodum infiniti, & varii, qui poterunt videri in Doct. cit. nam intentio mea eſt, ſolùm tangere magis practicabilia, & non tranſcribere dicta aliorum.

Septimò, pro his, & aliis hujus generis vide Bullam ſanctiſſimi Papæ Sixti V. quam de abuſibus & fraudibus hujus contractus tollendis edidit anno... die... Pontif. ſui anno...

Octavò, paucioribus concludi poteſt hæc materia, quod ſervatis duobus ſuper contractus erit tutius. Primò, quod capitale non ſtet in toto, vel in parte periculo recipientis, quoad caſum fortuitum, niſi interveniat contractus aſſecurationis. Secundò, quod neutra pars gravetur notabiliter pluſquam altera arbitrio